

mundi conditorem, & filium eius Iesum CHRISTVM, natum ex uirgine MARIA, crucifixum sub Pontio Pilato, tertia die resuscitatum à mortuis, receptum in cœlis, sedentem nunc ad dexteram patris, uenturum iudicare uiuos & mortuos, per carnis etiã resurrectionem. Hac lege fidei manente, cætera iam disciplinæ & conuersationis, admittunt nouitatē correctionis, operante scilicet & proficiente usq; in finem gratia dei. Quale est enim ut diabo-  
 lo semper operãte & adiũcente cottidie ad iniquitatis ingenia, opus dei aut cessauerit aut proficere destiterit, cum propterea Paracletũ miserit dominus ut quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat paulatim dirigeretur & ordinaretur & ad perfectum perduceretur disciplina, ab illo uicario domini spiritu sancto. Adhuc, inquit, multa habeo loqui uobis, sed nõ dum potestis ea baiulare: Cum uenerit ille spiritus ueritatis deducet uos in omnem ueritatem, & superuenientia renũciabit uobis. Sed & supra de hoc eius opere pronunciauit. Quæ est ergo Paracleti administratio nisi hæc, quod disciplina dirigitur quod scripturæ reuelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur: Nihil sine ætate est. omnia tempus expectant. Deniq; Ecclesiastes, Tempus, inquit, omni rei. Aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum promoueri. Granum est primo, & de grano frutex oritur, & de frutice arbuscula enititur. Deinde rami & frondes inualescunt, & totum arboris nomen expanditur, inde germinis tumor, & flos de germine soluitur, & de flore fructus aperitur. Is quoq; rudis aliquãdiu & informis, paulatim ætatem suam dirigens, eruditur in mansuetudinem saporis. Sic & iustitia (nam idem deus iustitiæ & creaturæ) primo fuit in rudimentis, natura deum metuens. Dehinc per legem & prophetas promouit in infantiam. Dehinc per Euangelium efferbuit in iuuentutem. Nunc per Paracletum componitur in maturitatem. Hic erit solus à CHRISTO magister & dicendus & uerendus. Non enim ab se loquetur, sed quæ mandantur à CHRISTO. Hic solus antecessor, quia solus post CHRISTVM. Hunc qui receperunt, ueritatem consuetudini anteponũt. Hunc qui audierũt usq; non olim prophetantem, uirgines contegunt. Sed nolo interim hunc morẽ ueritatis deputare. Consuetudo sit, tantisper, ut consuetudini etiam consuetudinem opponam. Per Græciam & quasdam Barbarias eius, plures ecclesiæ uirgines suas abscondunt. Est & sub hoc cœlo institutum istud alicubi, ne qui gentilitati Græcanicæ aut Barbaricæ cõsuetudinem illam ascribat. Sed eas ego ecclesias proposui quas & ipsi Apostoli uel Apostolici uiri condiderunt, & puto ante quosdam. Habent igitur & illæ eandem cõsuetudinis auctoritatem, tempora & antecessores opponunt magis quàm postera ista. quid obseruabimus, quid deligimus? non possumus respuere cõsuetudinẽ quam damnare non possumus, utpote non extraneam, quia non extraneorum cum quibus scilicet cõmunicamus ius pacis & nomẽ fraternitatis. Vna nobis & illis fides, unus deus, idem CHRISTVS, eadem spes, eadem lauacri  
 sacramenta

Montanizat.

Paracletus Montanicus.

DE  
 sacramenta.  
 nostrorum e  
 nis & dubi  
 ex duabus  
 ra deligenda.  
 ab hominib  
 Virgines m  
 nor tros est,  
 tudinem qu  
 les quales ui  
 uirgo quæ u  
 dem libidin  
 uiderit, quã  
 despiciere uo  
 nos ad usq  
 nes erat, ut q  
 sum neq; co  
 laudine u  
 quoniã cœp  
 melioris pa  
 rum opus si  
 nota planè  
 quid à uiri  
 to magis lib  
 mur, inquit  
 uocari. Scar  
 ad delictum  
 num est m  
 gnoscãt ma  
 tines dica  
 multi nobi  
 querantur  
 Propter ei  
 deliam, eru  
 accersita q  
 catio uirgi  
 de officio r  
 lamine, dic  
 habitum d  
 à uirgine e  
 go sibi no